

### Pyramus und Thisbe

Pyramus et Thisbe, iuvenum pulcherrimus alter, 55  
 altera, quas Oriens habuit, praelata puellis,  
 contiguas tenere domos, ubi dicitur altam  
 coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.  
 Notitiam primosque gradus vicinia fecit ;  
 tempore crevit amor. Taedae quoque iure coissent, 60  
 sed vetuere patres. Quod non potuere vetare,  
 ex aequo captis ardebant mentibus ambo.  
 Conscius omnis abest, nutu signisque loquuntur.  
 Quoque magis tegitur, tectus magis aestuat ignis.  
 Fissus erat tenui rima, quam duxerat olim, 65  
 cum fieret, paries domui communis utrique.  
 Id vitium, nulli per saecula longa notatum,  
 (quid non sentit amor?) primi vidistis, amantes,  
 et vocis fecistis iter; tutaeque per illus  
 murmure blanditiae minimo transire solebant. 70  
 Saepe, ubi constiterant - hinc Thisbe, Pyramus illinc -  
 inque vices fuerat cartatus anhelitus oris,  
 „invide“ dicebant „paries, quid amantibus obstas ?  
 Quantum erat, ut sineres toto nos corpore iungi  
 aut, hoc si nimium est, vel ad oscula danda pateres ? 75  
 Nec sumus ingrati: tibi nos debere fatemur,  
 quod datus est verbis ad amicas transitus aures.“

Talia diversa nequiquam sede locuti  
 sub noctem dixere „vale“, partique dedere  
 oscula quisque suae non pervenientia contra. 80  
 Postera nocturnos aurora removerat ignes,  
 solque pruinosas radiis siccaverat herbas:  
 ad solitum coiere locum. Tum murmure parvo  
 multa prius questi statuunt, ut nocte silenti  
 fallere custodes foribusque excedere temptent, 85  
 cumque domo exierint, urbis quoque tecta relinquunt,  
 neve sit errandum lato spatiantibus arvo,  
 convenient ab busta Nini lateantque sub umbra  
 arboris. Arbor ibi niveis uberrima pomis,  
 ardua morus, erat, gelido contermina fonti. 90  
 Pacta placent; et lux tarde discedere visa  
 praecipitatur aquis, et aquis nox exit ab isdem.  
 Callida per tenebras versato cardine Thisbe  
 egreditur fallitque suos adopertaque vultum  
 pervenit ad tumulum dictaque sub arbore sedit: 95  
 audacem faciebat amor. Venit, ecce, recenti  
 caede leaena boum spumantes oblita rictus,  
 depositura sitim vicini fontis in unda.  
 Quam procul ad lunae radios Babylonia Thisbe  
 vidit et obscurum timido pede fugit in antrum, 100  
 dumque fugit, tergo velamina lapsa reliquit.

Ut lea saeva sitim multa compescuit unda,  
 dum redit in silvas, inventos forte sine ipsa  
 ore cruentato tenues laniavit amictus.  
 Serius egressus vestigia vidit in alto 105  
 pulvere certa ferae totoque expalluit ore  
 Pyramus; ut vero vestem quoque sanguine tinctam  
 repperit, „una duos“, inquit, „nox perdet amantes;  
 e quibus illa fuit longa dignissima vita  
 nostra nocens anima est: ego te, miseranda, peremi, 110  
 in loca plena metus qui iussi nocte venires,  
 nec prior huc veni. Nostrum divellite corpus  
 et scelerata fero consumite viscera morsu,  
 o, quicumque sub hac habitatis rupe, leones!  
 Sed timidi est optare necem.“ Velamina Thisbes 115  
 tollit et ad pactae secum fert arboris umbram,  
 utque dedit notae lacrimas, dedit oscula vesti,  
 „accipe nunc“, inquit, „nostri quoque sanguinis haustus!“  
 Quoque erat accinctus, demisit in ilia ferrum ;  
 nec mora : ferventi moriens e vulnere traxit 120  
 et iacuit resupinus humo; cruor emicat alte,  
 non aliter, quam cum vitiato fistula plumbo  
 scinditur et tenui stridente foramine longas  
 eiaculatur aquas atque ictibus aera rumpit.  
 Arborei fetus aspergine caedis in atram 125  
 vertuntur faciem, madefactaque sanguine radix  
 purpureo tingit pendentia mora colore.

Ecce, metu nondum posito, ne fallat amantem,  
 illa redit iuvenemque oculis animoque requirit,  
 quantaque vitarit, narrare pericula gestit; 130  
 utque locum et visa cognoscit in arbore formam,  
 sic facit incertam pomi color; haeret, an haec sit.  
 Dum dubitat, tremebunda videt pulsare cruentum  
 membra solum retroque pedem tulit oraque buxo  
 pallidiora gerens exhorruit aequoris instar, 135  
 quod tremit, exigua cum summum stringitur aura.  
 Sed postquam remorata suos cognovit amores,  
 percutit indignos claro plangore lacertos  
 et laniata comas amplexaque corpus amatum  
 vulnera supplevit lacrimis fletumque cruori 140  
 miscuit et gelidis in vultibus oscula figens  
 „Pyrame“, clamavit, „quis te mihi casus ademit?  
 Pyrame, responde ! Tua te, carissime, Thisbe  
 nominat. Exaudi vultusque attole iacentes!“  
 Ad nomen Thisbes oculos iam morte gravatos 145  
 Pyramus erexit visaque recondidit illa.  
 Quae postquam vestemque suam cognovit et ense  
 vidit ebur vacuum, „tua te manus“ inquit „amorque  
 perdidit, infelix ! Est et mihi fortis in unum  
 hoc manus, est et amor : dabit hic in vulnera vires. 150

Persequar extinctum letique miserrima dicar  
causa comesque tui ; quique a me morte revelli,  
heu, solas poteras, poteris nec morte revelli.  
Hoc tamen amborum verbis estote rogati,  
o multum miseri, meus illiusque parentes, 155  
ut, quos certus amor, quos hora novissima iunxit,  
componi tumulo non invideatis eodem.  
At tu, quae ramis, arbor, miserabile corpus  
nunc tegis unius, mox es tectura duorum,  
signa tene caedis pullosque et luctibus aptos 160  
semper habe fetus, gemini monimenta cruoris."  
Dixit et aptato pectus mucrone sub imum  
incubuit ferro, quod adhuc a caede tepebat.  
Vota tamen tetigere deos, tetigere parentes :  
nam color in pomo est, ubi permaturuit, ater, 165  
quodque rogis superest, una requiescit in urna.

## Übersetzungshilfen

(Kommentar der Schöningh-Ausgabe von 1970)

den eigenen Hunden zerrissen.

## 9. Pyramus und Thisbe. IV 55—166

55. Thisbe griech. Nom. — alter — altera er — sie. — 56. oriens (erg. sol) Osten. — praelata puellis alle Mädchen (an Schönheit) überragend. — 57. contiguus (contingere) zusammenstoßend, benachbart. — tenere bewohnen. — ubi = in ea terra, in qua. — 58. muri coctiles (coquere kochen, brennen) Backsteinmauern. — urbem Babylon. — 59. primos gradus erg. amoris. — 60. taedae (eig. Kienspäne) „die Hochzeitsfackeln“, bei deren Schein die Braut in das neue Heim geleitet wurde, dicit. = „Hochzeit“; taedae iure coire sich rechtmäßig vermählen. — 61. quod (was dagegen) . . . vetare fahre i. D. fort „das war, daß“. — 62. ex aequo = aequaliter. — mentibus captis erg. amoris. — 63. loquuntur Auch wir sprechen von einer Zeichensprache. — 64. tegitur Das Subj. steht im Hauptsatz. — Vor dem zweiten magis erg. eo. — aestuare glühen. — 65. Beginne mit dem im Vs. 66 stehenden Subj. — findere (findo, fidi, fissus) spalten. — rimam ducere einen Riß bekommen. — 67. nulli dat. auct. — per saecula longa übertrieben = per longos annos. — notare bemerken. — 69. fecistis iter (präd.) vocis erg. als Obj. rimam. — tutae präd. statt Adv. „ohne Gefahr (vor einer Entdeckung)“. — per illud erg. iter. — 70. murmure minimo malt das leise Flüstern. — blanditiae (blandiri) Schmeichelworte, Koseworte. — 73. invidie (Adjektiv) paries Die Mauer wird personifiziert. — 76. nec aber nicht. —

78. *diversa sede* = *ex d. s.* — 79. *parti suae erg. parietis.* — 80. *contra* (Adv.) hinüber, auf die andere Seite. — 81. *ignes nocturni* Sterne. — 82. *pruinosis* betaut. — 84. *statuunt, ut in Prosa?* — 85. *fores, ium f.* Türflügel, dicht. = Haus. — 87. *neve* = *et ne.* — *ne sit errandum* um sich nicht zu verirren. — *spatiantibus* wenn sie gingen. — *lato arvo* = *in l. a.* — 88. *busta* (dicht. Plur. neugebildet aus *com + busta* von *comburare*) Stätte, wo der Leichnam verbrannt wurde, dann „Grabstätte“ ohne Rücksicht auf die Bestattungsart. — 90. *arduus* hochragend. — *morus, i f.* Maulbeerbaum. Seine Früchte waren der Sage nach einst weiß. — *contermina* = *vicina.* — 91. *pacta* (dicht. Plur.) Abmachung. — *tarde* zu langsam.

93. *Callida* präd. statt Adv. — *cardinem* (koll. Sing.) *versare* die Türangeln drehen, das Haus öffnen. — 94. *adoperta vultum* (griech. Akk. d. Bez.) „mit (durch einen Schleier; vgl. Vs. 101) verhülltem Gesicht“, um nicht erkannt zu werden. — 95. *dictus* besagt, verabredet. — *sedit* von *sistere* sich setzen. — 96. *faciebat erg. eam.* — Ordne: *ecce venit leaena oblita rictus spumantes* (griech. Akk. d. Bez. u. dicht. Plur.) *caede recenti boum.* — 97. *oblinere* (*lino, livi, litus*) besudeln. — *rictus, ūs m.* Rachen. — *spumans* schäumend. — *caede boum* = *sanguine boum caesorum.* — 98. *depositura* (griech. Konstr.) um zu löschen. — 100f. Beachte die verschiedenen Quantitäten von *fugit!* — 101. *velamen* Schleier; vgl. Vs. 94. — 102. *lea* = *leaena.* — *compescere* (*compescui*) stillen. — 103. *inventos* = *invenit et.* — *sine ipsa* ohne die Besitzerin. *amictus, ūs* Gewand, hier; Schleier.

105. *vidit* nämlich im Mondenschein. — 106. *expallescere* (*pallui*) erbleichen. — *tinguere* s. III 86. — 110. *nostra (= mea) anima* = ego. — 111. *iubere* hier m. Konj. konstr.; in Prosa — *plena metūs* voll von Schrecken, unheimlich. — 112. *nec* s. Vs. 76. — *prior* s. I 385. — *nostrum* = *meum.* — 113. *scelerata viscera* = *viscera* (Eingeweide) *scelerati.* — 114. *sub hac rupe* Irrtum Ovids; bei Babylon gibt es keine Felsen. — 115. Zu *optare* füge „nur“ hinzu! Man muß sich den Tod auch geben. — *Thisbes* griech. Gen. — 116. *pactus* abgemacht. — 117. *notae* ist mit *vesti* zu verbinden. — Auch *dedit oscula* gehört zum *ut*-Satz. — 118. *accipe haustus sanguinis nostri (= mei)* trinke auch mein Blut. — 119. Ordne: *et ferrum, quo.* — *ilia, ium n.* Unterleib. — 120. *nec mora* s. I 369. — *traxit* Das aus der Wunde fließende Blut sollte den Tod beschleunigen. — 121. *resupinus* rücklings, auf dem Rücken. — *humo* = *humis.* — *cruor, oris, m* Blut. — *alte emicare* in die Höhe spritzen. — 122. *vitiare* s. II 295. — *fistula* die (bleierne) Röhre einer Wasserleitung. — 123. *scindi* zerspringen, platzen. — *stridente foramine tenui* Nicht die Öffnung zischt, sondern das Wasser, das aus der Öffnung kommt; i. D. „unter Zischen aus der dünnen Öffnung“. — 124. *eiaculari* herausschleudern. — Wie ist der Plur. *longas aquas* zu übersetzen? — *ictibus* durch Stöße, stoßweise. — *aëra* griech. Akk. — *rumpere* zerschneiden. — 125. *fetus, ūs* Frucht, Beere; f. *arboris* = f. *arboris.* — *adspergo* s. III 86. — *caedes* s. Vs. 97. — 126. *verti* (refl.) sich verwandeln. — 127. *tinguere* s. III 86. — *morum* Maulbeere.

128. *posito* = *deposito*. — *fallere* (durch Abwesenheit) enttäuschen. — 130. Ordne: *et gestit narrare, quanta pericula vitavit* (= *vita-verit*). — *gestire* m. Inf. (s. II 118) wünschen. — 131. *ut . . . sic* s. I 15. — *formam* ist betont; denn nur die Form des Baumes erkennt Thisbe. — 132. *haerere* hängen, unsicher sein. — *an* dicht. = *num*. — 133. *tremebunda* „im Todeskampf zuckend“ verbinde man mit *membra*. — 134. *retro pedem ferre* zurückprallen. — *buxo* Die Südländer nehmen, wenn sie erschrecken, die gelblich-grüne Farbe des Buchsbaumholzes an. — 135. *gerens* (griech. = ἔχων) *ora* (dicht. Plur.) mit einem Gesicht. — *exhorrescere* (*horru*) erschauern. — *aequor* (*aequus*) die glatte Meeresfläche dicht. = *mare*. — *instat* m. Gen. gleichwie. — 136. *tremere* sich kräuseln. — *summum* die Oberfläche. — 137. *remorata* i. D. ein präpositionaler Ausdruck. — *suos amores* (dicht. Plur.) „ihren Geliebten“, auch i. D. spricht man von Liebe als dem Gegenstand der Liebe. — 138. *claro plangore percutere* laut aufeinanderschlagen. — *indignus* unschuldig. — 139. *laniari* (reflexiv) sich zerrauen. — 140. *fletum* = *lacrimas*. — 141. *miscere* hier griech. konstr. m. Dat. — *gelidis* infolge des nahen Todes. — *vultus* hier: Antlitz. — 146. *erigere* hier: öffnen, entsprechend: *recondere*. — 147. *vestis* der in Vs. 107 genannte Schleier. — 148. *ebur* die elfenbeinerne Scheide. — *tua* (betont) deine eigene. — 149. *et* = *etiam*. — *in hoc unum* „für diese eine Tat“, nämlich sich selbst den Tod zu geben. — 150. *in vulnera* „zur Verwundung“, d. h. um sich die Todeswunde zu geben. — 151. *persequar* = *sequar*. — *extinctum* = *mortuum* erg. *te*. — 152. *quique* = *et tu, qui*. — 153. *heu* Ausruf des Schmerzes. — *nec morte* = *ne morte quidem*. — 154. *verbis amborum* „im Namen beider“. — Denn auch Pyramus hätte dies verlangt, wenn er noch gelebt hätte. — 155. *multum miseri* = *miserrimi*. — *meus illiusque parentes* = *parens meus et illius*. — 156 f. Ordne: *ut non invidetis iis, quos . . .* — *non invidere* m. Inf. (ein Begriff; Litotes; daher *ut non*) nicht mißgönnen, gewähren. — *certus* fest, treu. — *novissimus* der letzte. — 157. *componere* beisetzen. — *tumulo* = *in t*. — 158. *arbor* ziehe als Vokativ in den Hauptsatz. — 159. *duorum* erg. *corpora*. — 160. *tenere* bewahren. — *caedes* s. Vs. 97. — *pullus* dunkelfarbig, schwarz. — *luctibus* dicht. Plur. — 161. *fetus* s. Vs. 125. — 162. *aptare* ansetzen. — *pectus sub imum* unten an die Brust. — *mucro, onis* m. Dolch, hier: Schwertspitze. — 163. *incumbere* m. Dat. sich stürzen in. — *adhuc* noch. — *a caede* erg. *Pyrami* noch vom Morde her. — 164. *vota* nämlich der Thisbe. — *tamen* d. h. trotz ihres Unglücks. — *tangere* „rühren“; beachte die Geminatio *teti-gère*. — 165. *pomum* Beere. — *ubi permaturuit, ater*. Die *morus nigra* hat zunächst weiße Beeren, die aber bei der Reife eine schwarze Farbe annehmen. — 166. *rogis* (Dat.) *superesse* vom Scheiterhaufen übrig sein.